




Augustinus.
de ortu rerum Nida-
rosienseum.

U. B. BERGEN

Ms. 141

U. B. BERGEN

Ms. 141



Melchior Augustini natus Nicopolis, patrem
habuit Augustinum Gani, Pastorem ^{temporarius} sine Virginis.
1669. Comissarius Melcaensis cum successione & 1680.
die 28 Julii Pastor constitutus est, Dalensium sine,
postquam 1697. Obiit 1707 die 2. Martii.

Ingraldia die 16 Augusti 1828.

H. Hill.

ortus & occasus
Prærum Nidrosiensium
Cum

Singularissimis Casibus
Et Accidentibus,

Ab

Anno 1670.

Ad

1707.

Cura

Melchioris Augustini Fil.

Salmuth: Criticorum Secta
Superciliose aliorum fastidit in-
genia, miratur nihil, nisi quod ipsa
fecerit et sacraverit.

Se
fo
pr
me
fa
te
ere
m
cu
ha
ill
ag
fo
c
n
h
Z
A

Scriptulum aggredior magis curio. 3.
sum gram limatum, magis à cerebro
proprio, gram ad cerebrum alienum,
magis ad considerationem gram ad atten-
sationem. haec dubius, an serena fron-
te ab omnibus excipiat. levidense
est, fateor, itaque ob id doctis oculis mi-
nime dignum. si contenta ejus a
curioso & benevolo inspiciantur, spem
haud contemnendam percipio, me sub
illius clypeo ab omni malevolorum
aggressionem tutum, factum tactumque
fore. Quid opus est multis, ubi pau-
ca scribuntur. simplex scripsi, qui
nimis sapit, abeat, ad aptiora & poli-
tiora, quibus scaturit doctum volumen.
Qui legis ista, tuam reprehendo, si
mea laudas
omnia, stultitiam, si nihil, invidi,

Deus Nobiscum.
am.

4.

Considerate Lector

vide, lege, cogita, te Deo
commenda.

Anno 1670.

Supremus Nidrosia Consul Laurenti,
"us Petri Brix, antea Sal. Commissa,
"rius constituitur, loco demortui Loren,
"tii Franfiscii, primus curia Nidrosien,
"sis Praesul, vulgo Praesident. Consulatus
praesuit ad annum 1697. tunc Praeser curia
factus post obitum antecessoris Fischeri,
"qui in vivis esse desit 21. Febru. ejusdem
"anni. non diu praesuit, atroci & su,
"nesta pedum lue correptus, die cir.
"cumeisionis 1699. misere obiit. ho.
"minis ingressus flebilis, progres.
"sus debilis, egressus horribilis.
"in Octobri obiit Dn. Petrus Juell,
"vite. Pastor Verdalenium, Commi.
"nister loci Dn. Janus Christophori

ina
Tent
men
Dn.
"not
vite
"ad
Fins
Fes
"gum
per
Sta
Dor
y
ut
-ris

Succedit.

5.

inaugurantur Sacerdotes Dr. Joanes
Tentofft Pastor Nordlandia. Dr. Petrus
Mentzerus Comminister Melhusianus,
Dr. Martinus Georgii Comminister Pöör-
"nörens. Dr. Augustinus Gabrielis
Vice-Pastor Zwölfördenfis. Dr. Andre-
"as Olai Pastor Hammerfestensis in
Finsmarckia.

Fertilissimus annus, omnigena fru-
gum genere beatus, hyemalis vis
permagna, rheda apte vehitur a
Stangvig ad Tingroed. a Bijnesi ad
Pöörfen, ab Jnderöe ad Prestad.

Salis hispanici tantus defectus,
ut tonna Nitrosia quodam thale,
vis redimatur.

Anno 1671.

Judex Dioeceseos, vulgo Langman,
 consultissimus et prudentissimus Jo.
 " hanes Weyling, subitanea febris vel
 apoplexia correptus Christianis mori,
 sur. in honore sedem assurgit doc.
 tissimus Vice-Langman Petrus Drey-
 er, qui tum et regius fuit Procura-
 tor, etiam pro summa sua in juridi-
 cis et politicis scientia titulo. Reg.
 et Cantzeli. Raad insignitus.

ad patres abiit venerand. senior Dr.
 Sthero Johannis Pastor Orkedalensis et Pra-
 " positus Dalensis, successorem in pastoreatu
 habuit Dr. Claudium Parelum suum Com-
 " munerum: in Praepositura vero Dom. O-
 laum Mentzeri, Pastorem Melhusianum.
 vir fuit beatus noster simplex et pro-
 bus ad doctrinam & mores praece aevi com-
 " positus.

Annus et mare et terram cumulativum beand.

Anno 1677.

7.

Clero Nicopolensi infausta nox Decimi
Septi Maji, qua illis clarissimum et vi.
gilantissimum Episcopum mag. Ericum
Bredalinum succipuit, qui magno zelo &
animi ardore sublime et sanctum episco.
pale munus pie et vigilanter viginti
novem annis sustinuit, Danus erat Lau-
landia, Pastor antea Christianstharnen-
sis ad nos accessit 1643. 13. martii. vi.
rente adhuc Episcopo Jans Schelderupio,
sed emerito nocturne 1646. 27. Sept. abat.
año 45. vir erat l. Bredalinus singu-
laribus et divinis donis beatus, doctus
et eloquens, doctrina catechetica zelo-
sus propagator et severissimus. iustis
et debitis exequiis humo sine singulari
pompa deponitur 6. Junii in chora catho-
drali, postquam vixisset laboriosus et
felix 63. annis. qui bene cecidit, orat.
Sequitur doctissimus et clarissimus
mag. Arnoldus de sine, vice. Episcopus

8. et Lector Bergensis, Scandus erat ortu,
priori a^o Havnia ad eminentissimum Epi-
scopi munus inter pubesca vota inangu-
ratu^s est, deposito Bergi concessito lecto-
ratu D. inuacavit 1674. sed eheu! rosa
in ipso ortu defloruit et exanuit: ordi-
natis namque duobus novis sacerdotibus
in templo cathedrali Dr. Johana Paul Paf-
re Fosnesensi et Dr. Henrico Lyfter Com-
ministro Strindensi, sacrarium devotus
ingressus, supplex deum gratias acturus
in genua protubuit, in quo statu et
sancta actione sine ullo tumultu & mo-
tu corporis agitationeque minima ani-
mam devotam piis meditationibus oc-
cupatam placide efflevit et crea-
tori reddidit. vir erat inter doctos
merito numerandus, morosus praeterea
et acer, quem ingenii statum continuo
corporis cruciatu causatum acuti judi-
caverunt. die 20. Novemb. in sepul-
chro b. Medalini debitis solenniis
repositus quiescit in deo. sic in se.
lix ecclesiae annus illam clarissimis

Quo
in
" an
" Dr
pro
esse
die
Alb
non
" cri
pro
no
Jun
25.
has
" cet
" um
gro
rem
lau
Pag
fac
et

Quobus luminibus privavit.

in Augusto duo regie Comitissarie Christi-
anani Landius et Nicolaus Pauli Ni-
drofiam Harnia advenerunt statum
provincia investigaturi, defectus, si qui
essent, correcturi.

Die 22. Septemb. obiit Dn. Petrus
Alberti Diaconus diva virginis, vir
non minus in iudiciis quam in sa-
eris versatus, probus et honestus,
sparte relicta Dn. Olao Petri Adolphi,
no offertur, qui et ad coelicolas in
Junio 1691. obiit.

25. Janu. sepelitur Dn. Johannes Rein-
hardi vice. Pastor Strindensis, sue-
censorum habuit Candidatum Nicola-
um Trausanum, qui brevi post, nescio
quo infortunio vel casu ab officio
remotus est. Harniam petit, ubi
laurea magistrali condetoratur et
Pastor apud Christianenses deinde
factus in Voller. vir singularis
et subleati animi.

nescio ubi, forsitan
Strindon. Bull.

10. Dr. Sexagesima inauguratus est Can-
didatus Andreas Fredalinus Pastor Ve-
rodenfis in Tromsødal, loco b. Henrici
Zachariae f. vir doctus et probioris
ingenii homo, qui et diem suum obiit
1691. in Aprili. in officio sequitur
Candidatus Georgius Meyer.

Festo s. Michaelis a magistro clarissi-
mo M. Olao Tøndero in absentia episcopi
qui sequentes ordinantur Candidati:
Andreas Schelderupius ad Tromsø, Tor-
gerus Bismarck patris Sacellanus, Ni-
colaus Todal Cotminister Rodøensid,
Jonas Leth ad Veffen.

linguam copiam dedit clemens an-
nus.

Anno 1673.

Dignissimo episcopati muneri Havnio
inauguratur die 8. Junii doctissimus et

Clarissimus M. Ericus Pontoppidanus,
 Cimbri, Dignissimus Coeque Pastor, Ni-
 drofiam appulit 28. Augusti, felici
 cuius adventu extinctum ecclesie
 lumen relucere visum est. ano 1675.
 imperante summa maiestate sumus in
 theologia honores doctorales gloriose
 obtinuit, adeoque primus Nidrosiensis
 Episcopus Doctoris titulo insignitus.
 vir pietate denique et morum gravitate
 cujuscunque fortis hominibus acceptis-
 simus, fuit namque vita et conver-
 satione intulpatus, comis, pacificus
 et pius, in studiis denique indefessus,
 & ob ea clero suo, ut par erat caris-
 simus.

Numine grani plenus fuerit grani
 lumine plenus.
 Entheca scripta docent, entheca facta
 probant.

14. at funesta fata virum tam desiderata.
Silem nobis inviderunt, itaque etiam
cito succurrerunt, et sic vicissitudi-
nem omnium rerum prosperam bona-
rum esse voluerunt. Rebus enim
nostris Nordlandiam iter suscepit,
honestissimae vocationis partibus solis,
facturus, lethali febre in Nerwen cor,
reptus Domum retrocedere cogitur,
ubi etiam somno quasi obdormisset,
dolorum experti creatori suam reddidit
animam beatam die 12. Julii 1678.
inter homines homo 63. annorum.
De cuius obitu nostrus poeta cecinit:
facturam quantum fert climactericus
annus.
hic secum magnus, jam schola templa
Volent.
Christus cum coelo rediivum sistet
ut illic,
qui fuit hic lumen, stella sit usque
nitens.
sepultura non caruit iustis exequiis

Die
pren
in J
dis
pag
avi
fit
in
pho
Prop
prop
dit
Fri
vic
sit
au
uxo
"Ch
pro
tud
gru
acce

Die 7. Augusti, adeo ut funus ejus su-
premi diei celebritate non spectabatur, sed
in sacratio penes altare templi cathedra-
lis paupose depositum est.

pastores & sacerdotes viginti gratias cre-
avit. templa inauguravit quinque.
fit anima ejus in benedictione.

in officio laico succedit Doct. Christo-
phorus Schletter Hallandus S. S. Theologiae
Professor Harnio. De ejus laudabili
progressu et felicissimo exitu suo loco
dicitur.

in martio nobilissimus Joachimus
Friedericus Wind a regia autoritate
Vice-Praefectus provinciae constituitur.
sicque se seipit in martio, sequenti
autem anno, demortuo nobilissima
uxoris patre nobilissimo Orenio Hill,
The Norrigia Cancellario, solus
provincia praest candida ut absolu-
tus Amptmanus. Praesul fuit e-
grus et justus & sic non omnibus
acceptus & apud, praesertim cum

14. affabilis non erat; tantarum rerum
administratores votis omnium nun-
quam satisfaciunt, gravius legiti-
ma et iusta faciant. 1687. tertia
junii longo et gravi morbo fatigatus
in ultimo hodie periculo tandem
succubuit. anima vero in coeleste
propugnaculum feliciter et beate
elapsa est. exanimatum corpus si-
ne pompa exsepulto in templo ca-
thedrali sepulchrali loco inestur,
cum docta et concinna M. Olai. Port-
mani parentatione. annus, qui
insepultus est, 1688. nobilissimam
probatam piam & devotam uxorem la-
teri ejus beatam junxit.

in nobili officio succedit nobilitas
simus et generosus Johannes Haas.
De cuius legitima administratione
& beato exitu infra.

in Julio hic adfuit excellentissimi, 15.
maus et generosissimus Dux Norricus
Ulterius Gjedenslove, statum mili-
tarem reformaturus in meliorem.
tunc constituti sunt juniores rusti,
"ci in ordinem militarem et in,
"nullati nuncupati.

Templum Lenstrandense extruc-
tum ab Episcopo Pontoppidano cum
coemiterio consecratum est 17. Sept.

multis in locis segetem prosera,
"rit & annihilavit grando pennis,
"ciosa mista imbre largiflens die
28. Julii, quo factum est, ut
frumenta carius venderentur.

Sans Triuno, qui pejora arectit.

Anno 1674.

16.

Nihil singulare hic annus habuit,
nisi discretum nobilissimam viduam de
crepita Anna Wops: olim uxorem
Strenui Chiliarchae Judde die 18. febru.
simili modo placida morte expirat
nobilissimam Herod et Norrigia Cancell.
Larum, Provinciae Praefectus N. Ove,
natus Bieltche 29. martii. vir omni
laude propter probitatem et pietatem
dignus. Sepeliebatur sine ulla cere-
monia et pompa in nobili suo
Praedio Ostraad.

Nobilis ejus uxor Helena Linde
non eadem via beatum virum sepi-
tur 19. April 1678. eodemque modo
cineris ejus juxta latum b. mariti
reconduntur. probitate et pietate
dectus mulierum.

Ex summa inopia et caritate rei
frumentaria aërona conferuta est.
Deus misereatur nostri.

H. m.
" fl
vir
Jure
vit.
- Lau
ad q
vate
2. Ju
inun
locis
muli
rem
Di.
vir
vite
offer
sin
et
Echo

Anno 1675.

17.

4. mart. Generalis Lieut. von Priffen,
in Steen Nidrosiam venit, Status milita-
ris norrigici caput, sed instante bello cum
Jureis 31. maji revocatus Harniam abi-
vit, in patria Hollandia moritur 1679.

Christophorus Caspari Schöler vice-
-langman constitutus est, sed metam,
ad quam collimavit, non attingit, mundo
valedicens 1681. in Aprili.

2. Julii subitanea et horrenda agrarum
inundatio, quae pontes ferme omnibus
locis fregit et dejecit cum singulari
multorum damno, octogenarii senes pa-
rem non agnoverunt.

in Christo exspiravit mense Mayo
Dr. Jacobus Olai p. Pastor in Zverness,
vir doctus et candidus, sacerdotium
vice-Pastori Dr. Severino Hagerupio
offeratur.

simili modo placida morte sublatus
est in Septembri Doct. Dietericus
Echo constitutus medicus Nidrosi.

18. " *ensis primus, vir expertus, doctus et candidus. in officio succedit D. Turgend 1676. qui conjugii societatem inuit cum pudicissima Virgine Giedtha Severini f. 1678. per violentiam mortis ipsi erepta 1701. prima die Pentecostes, decem relinquent pueros minores.*

15. X^{to} *Doctus Candidatus Dn. Claud Boorb. mand tanquam adiunctus sacerdotum Ni. Drosiensium consecratur, quorum et primo succumbenti succederet ordinatione regia. in Septembris luna exstructa templa, Egge in Staed et Svarchmo in Orkedal consecrata sunt, prius ab Episcopo Ben. Hippidano, posterius a loci Pastore Dn. Claudio Bapelio, infimo Episcopo et a. gro.*

Leges aeni similes aegyptiacis, quarum alia plera et matura, alia varua et immatura, aliquibus locis abundantex, aliis parvissime meti, untur intolo regionis, hinc fit,

ut
gra
aff
meng
ann

Nil
Disce
quor
Drea
Fris
Jcho
II. E
' E
III. E
a
Enig
Fluq
ballu
feor
Droff
Frog

ut tonna hordei tribus, tonna filiginis 19.
quatuor redimitur Joachinitis, sequenti
estate bellum sueticum initium habuit
mensum Augustum et finem Septembrem
anni 1697.

Anno 1676.

Nil dignum notatu attulit annus, nisi
discorsum et accessum aliquorum Pastorum,
quorum primus discedit Dr. Nathanael An,
Drea Pastor ipseriensis, accedit Candidatus
Frisvitus Meyer Collega secunda classis
Schola Nidr.

II. Dr. Pveda Stabel Pastor Budiensis, ac,
cedit Dr. Candidat. Janus a Monithen.

III. Dr. Andreas Johannis Pastor Hamersiensis,
accedit Candidatus Hermannus Menzgerus.

Emigret etiam Francus Praetaxari vulgo ampt.
fluitans vocatus, qui habuit Petrum Kas.
Billium successorem. antea Praefectus pra.
fectura Orkvalens. postea 1687. factus
Praesident Nidrosiensis. De illo plura 1693.
Frigifer ses infalubris annus, qui multos stermit.

Anno 1677.

Martinus Krag Publicanus Nidrosiensis
 e virorum contubernio exturbatus, successer,
 "forem habuit Studiosum Petrum Tonder,
 postea Amptmanus Nordlandia, erat grove
 Comitissimus, de quo suo loco uberius.

in Decembri feliciter etiam emigrat ex
 hac valle ad superos nobiles Fredericus von
 Offenbergh, primus Amptmanus in Nordmör, Roms,
 "Del et Sandner, vir haud honorum laude
 indignus.
 annus omni fugam genere fertilissimus.

Anno 1678.

19. Octob. magna et horribilis Luna Eclipsis
 ab vespertina hora sexta ad nonam. confessa
 mitissime Jesu lumen tuae ecclesiae et fidei
 terra nostra lucidissimum.

Torrentis ille in Flen prope Nidrosiam, decidens,
 se imbre, tanto tanque repentino impetu in,
 "undat, ut molam insigni arte erectam &
 civitati commodissimam totam et funditus
 absorpsit circa vesperam Sabbathi die 1. Sep.

„ Lembo. Duos suffocavit homines et magnam
 frumenti copiam perdidit. molitor ipse fa-
 bulā arrepti, ad litus vicolumis defertur.
 praeterea abstulit rapidissimus agrorum ille
 fluxus magnam copiam linteorum in Glen-
 soli expofitorum altificandi gratia, gram
 in gurgite littoris sepeliit. Jamnum mille
 thalerorum & grat supererat, pretium agrandi.

De anni fertilitate cum docto Arturo Tor.

„ ftonio canere licet

Te laudes pater almae manent in ope
 zionis

it comit ubertas et pleno copia cornu
 arida gra lato pasena rore beat.

tu bonni arva rigas et ditas flumine pleno
 surgit et imperio messis ubique tuo.

tu, Deus humectas vales saturat agre
 verni

imbribus aefino gemine videt humas.

De difpectu Nobiliffimi Epifcopi Dact. Pon.

Loppid. hoc anno factis vid. pag. 11.

Anno 1679.

77.

inter adentes preter & scriptura sacra
consolationis placido correptus morbo sine ul-
" lica significatione doloris expiravit M.
Severinus Johannis factura die Februarii Pastor
templi cathedralis Nidros. et Canonicus Ca-
pituli ejus. et olim Convector et Rector scho-
" lae patrie, quem et sequitur pia et placida
matrona et uxor Anna Schelderupia 1701. 4. Ju-
" nii. vir doctus et prudens prae se ferebat mo-
" ribus.

effosso ejus sepulchro, cista inventa est la-
" pidea, in qua delituit cum suo baculo et
" auro interto pallio, protul dubio, magni & no-
" bilis Pralatus quondam cum annulo auro
" trinum Ducatorum praeio.

honor officii Dom. Olao Brothmano adjune,
" to defectus per honestissimam introductio-
" nem a mag. Olao Tandero, Pastore diva Virgi-
" nis pro tempore in absentia Episcopi factam
" mandato Proregis Gijerenlorii in martio, Com-
" missar vero loci D. Nicolaus Petri Haas.
" qui sexdecim annis ibidem in officio Commis-

" nij
muni
clesi
m. de
abie
ei le
" are
En. A
" geny
" loc
pat
ante
crea
ortun
" que
agere
vagan
Capi
" man
magn
" preci
reuz
ad Ju

73.
nistri vixit, auditorum supplicationibus
munitus Harniam petit, pastoremque Regis
clementia & munus obtinuit, quibus compertis
M. Claus Borchmannus simili modo Harniam
abiit sacerdotium recuperaturus, quod etiam
ei felicissime cessit ad votum regia ordinati,
vane si conatus locum dedit & cessit priori.
Dr. Nicolai Pastor vocatus in undal apud Ber.
gensis, postea vixit vir doctus & bonus.

locum Dr. Nicolai in Communiario actu,
pat. regia constitutione Dr. Nicolai munit,
antea sacerdos nauticus, qui et magister postea
creatus est. inter illum & Pastorem Borchman
ortum est 1693. grave dissidium, voluit nam,
que inferior non intra limites officii quiete
agere, sed pro libertate et placito extra,
vagare cupiens. lit. devolvitur ad censuram
Capitulorum, qua non contentus Mag. Borch,
mand. ad Hofstetia appellat, ubi M. munit
magna copia pecunia mulctatur et re.
precationem facere pastori iubetur. quod
recusanti ad regem ipsum provocat vulgo
ad Junium jus. ase. nescio quo fato

74. officio sacro ibi abdicatur cum summo pe,
curiarum multa. ceteris satisfaciet Sacer
vi suo. quod clarissimis Capitularibus ac,
cedit, ex iudicio liquet.

in Septembri Sabbatho iuravit Major Jo,
hannes Termann inter alios praecipuos etiam
belli Comitisarum Michaelens Petri ad praedium
in Hospitio suo Teclien in Melhunsiana Par
rochia, sed domum reversurus Comitisarum for
situm bene potius globo a Termanno in via
fractus est et enecatus. acer et immitis
mans, acris & immitis pullus. exauditis hu,
jus actionis causis & occasionibus coram a,
quis censoribus liber in officio & honore
mansit Termannus. Anno 1686. dura fabe
consumptus in Sactnei in Dorigis exsting,
vitur, fannus templo Dorigensi illatum
est.

uberrimum dedit Deus in anno proventum.
sit nomini ipsius sempiterna laus.

In
adren
vi ve
Schun
qui o
"mitte
mant
tarniq
bonis
Cleme
fauci
ex f
"nia
ordin
gram
"cepa
ausi
"cuim
"huy
Vix et
tius ve
Danica

Anno 1680.

75.

In Januario itinere navali Harnia
advenit Philiantra vel Oberste Scütz, na,
vi rectus Charlotta vocata, adferens
Schumacherum antea Griffenfeldt vocatum,
qui ob flagitia et delicta in regem ad,
"misit aeterno munichholmensi carceri
mancipatus. Harnia tremulam cervicem
carnificis gladio privatus omni honore &
bonis antea submisit, sed regis magna
clementia revocatur et retrahitur ex
sanctis mortis ad perpetuum carcerem.
ex studioso Comes factus est regni Da,
"nia magnus Cancellarius, Eques auratus
ordin. Elephant. & Danetrogiti etc. sed nescio
quam cito mutatus ab illo totus, incar,
"ceratur, bonis privatur septem tonnis
auro etc. 1676. 26. martii amissis. judi,
"cium ejus lege Europa nominatur aff.
"huc Quae pag. 38.

Vix erat sapientissimus & in omnibus scien,
tiis versatissimus, doctrina vix habuit
Dania pacem, Statista incomparabilis

46.

ut coeclera faceam.

ad effigiem ejus sequentes versus adproquit.

St. Thomas Bartholinus.

pingitur hic facies, divina ab munera men-
tis,

orbis qua stupuit, pingere nemo potest.

atque quid jurant omnia, cum pietate & virtute
desistuntur vera, poma pulchra sine sapore, ar-
bor excelsa sine flore, plus obesa fortuna quam
prodesse virtuti disjuncta & desituta pietate,
sc. has habet vices conditio mortalium, ut
tantum maxime labascat, cum vaditibus firmis,
simis inuiti videatur.

calculo & aliis symptomatibus misere exagitatibus,
clementia regis ei permissus est liber exitus
à carceris claustris, in urbe Nidrosia acti,
videntium curandorum causa, ubi parum mora,
tandem, tristem gravidam piam et devotam animam
pacifice creatori reddidit, evolans lotu e tot,
poris exagastulo, in quo detentus est 67. annis,
& ex poena, in quo miser 18. annis tortus est, ad
coelestem libertatem et gaudia 1699. 12. martii.
sine pompa elatum est funus in templo cathe-
drali sepultum, postea Cimbriam delatum.
sic transit gloria vana mundi.

aliud etiam refertur abominabilis et tristic 77.

casus Nicrophie nungram auditus. Pater, Civis
urbis, nefandum cum propria filia incestum
comisit, quo incestu filius procreatus est.

peccaminosa mater culpam in alium derivavit,
sic quoque absoluta et sine uberiori poena di-
missa a magistratu politico est. Quid sit, sit
constituente deo, qui tanta atrocitas non sine
castigatione debita permittit prevalere.

patri irata filia, quod negaret cupita et desi-
derata, totam rem magistratui aperit, capi,
untur et captivantur ambo, decollantur &
corpora igne comburantur. Pater erat Petrus
Bartholdi filius infelix. O! Deus serva tuos.

in majo Dn. Christophorus Olai Vice-Pastor
Hernerfium mundo valevit beate, successorem
habuit affinem D. Gerhardum Munnum, qui
et felici et placido exitu vitam claudit
in majo 1691.

Venerandus Pastor Melvalensium Dn. The-
no Exenii placida morte exstinguitur inter
preces et devota suspiria die 17. Julii. aeta-
tis anno 68. quasi lampas oleo deficiente;
postquam amplius 38. annis choro cum laude

78. & devotione infervisset. benignitate & animi
candore bonis omnibus se probavit. tumulatus
in sacris melitalensis quiescit cum uxore castis-
sima et prudentissima Anna Andrea filio, qua
vitam pie clausit 1702. die 11. Februarii.

Epitaphium simplex posui:

O. Viator

subfiste, tangis terminum,
hic mors imperat.

hoc Stenonis indicat tibi tumulus.

marmor videre postulas.

coelum vide:

hoc illi marmor est. bona fama peduli,
um.

honesti liberi ornamentum et decus.
lege hospes, et quod exprimas, tibi
felice:

brevi est eundem:

nam hospes es, quare viam.

Ego indignus Melchior Augustini f.
divina providentia et duorum clementissimorum
regum Diplomatum confirmatus
pastorale onus humeris vacillantibus die
28. Julii rite solenni suscepti cum supplicis
potest undeim annorum S. ministerii officium

O! Sancte Deus!

79.

Da mihi mandatum, da vires Christe Do.
cendi,

sic ego, sic Pastor doctus et aptus ero.

Christe mihi Coelum, sicut tibi Stella micans,
nunc prece suscepta mihi benignus opem.

Tu Deus affablis: non te custode timebo,
me licet irradient tela, quot orbis habet.

Tu Deus objecto clypeo tutabere iustos
hostis et a furiis infidiisque teges.

me conserva in lege tua dignissima tuorum:

aux, vis, fulgida lux Christe Jehova mea.

Amen.

7. Coelitus effundas in me spirabile numen,
quod vitam, linguam, pectus et acta regat.

Da mihi mente loqui constanti vera, nec
ullis

a recta pelli conditione minis.

Tu mihi sis clipeus, mihi murus arcus:
in me

qua pia sunt firmes, qua mala & orsa
fuges.

Decima die Decembris Cometes horrendus
vel Stella trinita, timendum fidus magnarum

30. calamitatum praenuntium in Horizonte
visum est nostris, vesperi ex occidenti ori,
ut et viam solis sequitur: erectum ut
virga tremenda medium horizontum oc-
cupans, mare autem longa iuga monti,
cum adspiciant. Longitudo ejus, ut rebus
seruant exotici astronomi ad longitudi-
nem 930. miliarium se extendebat.
perniciosissimi ejus effectus luculenter
ex insequentibus trucidis bellis, insurgens-
ibus annis, periculosis morbis et
aliis arumnosis casibus cognoscuntur,
qui quotidie oculis nostris obversantur,
ut clamare liceat cum Peta.

Fax ira violenta tua Depascitur artus
nec locus est plagis vulneribusque novis.

frugifer annus erat sed humidus,
unde Legitimum magnum Detrimentum.

Anno 1681.

51.

urbibus est magnis fatalis terminus ignis.
Nere de natali urbe Nicotia dicitur,
toties vorari flamma assumpta est et in ci-
vitas retacta.

anno Christi 1328. Festo antrophi igne exustum
est templum cathedrale prima vice.

1344. pari infortunio deletur templum S. Micha.
"elii.

1431. similiter templum cathedrale fulgore
die resuscitationis marie.

1531. die veneris post crucis invocation. etc.
cum igne consumitur templum cathe-
drale cum tota urbe & omnibus temp-
lis excepto monasterio Sorthebro'eres.

1598. 8. maji circa horam tertiam pomeridi,
canoniceorum exusta tota civitas cum
templo diva Virginis exceptis per-
paucis pauperum domibus cum temp-
lo cathedrati et aede regia.

De hisce beatus Pater S. Augusti,
nus templi diva Virginis Pastor ita
in Bibliis scripsit: certo mihi cog-
nita narro Augustinus Joan.
nes.

1651. 12. Januarii circa horam tertiam

matutinam die Epiphaniae tota urbs
ferme cum templo S. Virginis comburi,
tur. infestus ille ignis ex aedibus Confu-
sili Joannis Trifii prorupit.

hoc anno iterum nocte 19. aprilis vorax et
destruens flamma erumpit, ut vulgo fereba-
tur, ex taberna pitis liquida mercatoris Hea-
rici Horrenmanni, qua urbem ferme totam
cum templo S. Virginis funditus delevit duo-
rum dierum spatio tanta vehementia, ut
tres homines senes etiam comburebantur
miserrime. O! terribilis et acer peccatorum
rafforum vindex Deus, quando ad vindic-
tam procedit. agitatur omnia suo arbitrio,
et quae solida et firmis nexa radicibus
pubantur, eo temporis momento vertit.
recte itaque sonat:

totum furripit hora Decus.

atque infelices pereunt sic omnia nostra:
quicquid et immundus mundus honorat, abit.

Quicquid ex humanis vobis confidere rebus
tam nihil est magnum quin queat esse nihil.
conferret meliori fatis clementia
coeli potthet e' tritici pulvere jam
latam civitatem erectam. Amern.

Trippis ceteris:

55.

hey! Hies die fackel haer, die Dijk of
Hindus Brand:

naar Ende wakkendij Gaand die felfter wie
antwilt,

daa gion die bax die grind, die fterre ingan
Wraa:

die fclakt bein all fackel, die gijfker fackel paa.

v. fmette foon. Had, jing die med fink-Roalen
fand:

daa die paa fceden wyl die gang of Ende naer
fand:

jing faer die nâd of wa, jing faer, fterre die i
fackel

fackel gion, med fackel die, die wijkte idaf fackel.

dag die die lichte fackel, al med med fackel
fackel

fackel of fackel-gion, die lichte fackel igion.

die gang die die fackel wijkte die of igion
of fackel,

fackel jing med med fackel fackel, fackel die fackel
med fackel:

med jing fackel med fackel, die fackel gang
die fackel:

jing fackel, fackel fackel die fackel fackel.

39. Post civitatis tam infelicem & miserabi-
lem statum advenire in Julio regio man,
Dabo ordinati Generalis Major Sissenau
& Genieur Kuseron ex Christiania Nidro-
fiam, qui plateas deliniaverunt et vi,
" eos civitatis, secundum quam deliniati,
" onem etiam posse, ut conspicitur, ex-
" structa est.

ab hisce eodem tempore ponuntur
fundamenta munimenti vocati Christi,
" artheen.

frugis abundantissimus erat annus.

Anno 1687.

in Febuario advenit Feldmarschal
Lieut. Wedel limites regionis & statum
militarem perspecturus.

in maio obiit in Tromsdal Gene,
" val Major van Hoven Islandus pom,
" pose Nidrosia in templo cathedrali
sepultus. vir pius & placidus non mi,
" nus theologi quam militis nomine

Dignus. fortissimum et nobilissimum vi. 35.
"rum sequitur nobilissima conjux Hille
"Bude ad latu viri deposita anno 1684. in
"Junio. ut placide & pie ambo in Deo obdor.
"miant, ita in eo ipso beate quiescunt.

miserabilem nox diei vi. maji obtulit
"capum per infelicitissimum abitum Eliza.
"Betha Hamandii Nidrosia mercatoris pra.
"stantissimi antea demortui, qua gravi
"vexata et turbata melancholia decubuit
"per aliquod tempus non minus bonorum
"sed et carissimae viri amissione in prope,
"rito incendio causata. nocte namque,
"nullo animadvertente, exurgens in flu.
"mine Nidrosiensi precipitem se de.
"dit & misere succumbit. extracta
"statim ex aquis sepelitur in templo
"cathedrali permissa Clementissimi re.
"gis.

Certe melancholia hoppersi non habet
"homo graviores seu acerbiore, ob.
"fuscat cerebrum tanta vehementia,

36. ut facterum à sale differre nequeat,
mut, neque coelum ab inferno nec ho,
nestam mortem ab inhonesta. Christi,
anuis, cum res ex voto non procedit ne,
hil tamen movetur, sed in eodem perstat
statu, nec ullum melancholia lotum fa,
cit. Adfit nobis semper Deus sua gra,
fia.
fertilit' annus.

Anno 1683.

Annus hic singulare cognitum dignum
akulit nisi adventum forbislini et spe,
nuitissimi Generalis majoris Nob. Jo
hannis Wibe, brevi post Generac Leud.
& anno 1690. Equit Danebroge. Vir ab
singularis & amplat doct' animi multo
laudibus cordetorandus; vivit namque
in deum pius, in regem fidus, in sub,
jetos justus et in omnes agrus.
conjugem nobilissimam & virtuosissi,
mam Annam Sophiam Gaarmann

post partum huius morbo amissit 1690. 37.

8. Ianuarii, sepelitur in templo cath.
Orali 29. Ianuar. in pretioso sepulchro
à Dn. suo exstructo. uxor fuit viri,
suosissima & pietissima; de cuius lau-
dibus nullus unquam conticecet, qui
illam cognovit.

hic exitus, hic occasus est honorum
omnium, ad hunc sepulchrum quæcunque
admirantur homines, illi se franguntur,
in has tenebras ac solitudinem redi-
gendum, quicquid in mortalium ocu-
lis enitescit.

Dum pario, pereo; sed dum tibi pareo
Christe,

Dulcia sunt tandem regna parata mihi.

Sufficiens bonitati Dei annona anni
benedicenti gratias non persolvere
possumus indigni tanto bono.

Anno 1684.

Vice-Provex Noricus excellentissimus
 & nobilissimus Justus Höeg provinciam
 Nidrosiensem visitavit in Januario, curæ,
 ita pro curata clementia & rerum multa,
 cum usu, acquisita prudentia sic modo,
 ratas est et instituit, ut et regi & populo,
 solo abunde satisfactum est.

annus præterea fuit notabilis et sin-
 gularis quoniam clarissimorum et doctissi-
 morum abitu, enavigarunt namque
 sequentes ex Terrarum septibus, et vita
 hujus scopulorum prætervisti in optatisse,
 mo postea congruescentes.

T. primus clarissimus et doctissimus mag.
 Olavi Christophori Torder, Pastor temp-
 li Divæ Virginis Nidrosia et Canonici
 Capituli ibidem die 14. Januaria anno
 ætatis 51. vir doctus & singulari fa-
 cundia cunctis acceptus et gratus,
 ad eos vultu honores pervenerat, ut a,

" hunc ad gloriam vivente videretur.
 uxor fuit castissima et pudicissima Ma,
 " ren Schelderus, cuius cineres beati viri
 cineribus in choro Diva virginis iunguntur
 1701. die 3. Junii, defuncta 26. maji. in
 officio sancto succedit. clarissimus Candi.
 Datus M. Sebastianus With.

fuit beatus Tonder. eloquio rarus, mira
 operitate reverendus,
 ingenio felix et pietate sacer.

7. Secundus Dr. Michael Augustini f.
 Pastor Bredstadiensis die 27. Januarii.
 Vir doctus et a seculi vanitate alieniss.
 " mus, pius in officio et seculum vivit or.
 " nit . . . ei successit Olavus Dorsp Chri.
 " stianensis, qui obiit 1697. 22. martii.

Epitaphium beato patri posui.
 Hec Spectator respice, nam et hic
 te expectas
 Sincerus pura religionis amator,
 imago pietatis,

Mijota Dei reverendus,
 Michael Augustini F.
 natura solutus hic in una
 quiescit.
 annos ille finiebat, mors
 Definiebat,
 Definiebat ita, ut mortis finis
 sit vita.
 emigravit late
 1684.

7^{to} Januarius.

promissus, non amissus,
 non obiit, in coelum abiit.
 ad coeli thronos
 ixit.
 in Deo bene vivit.

animam Deus
 corpus terra reposcebat.
 vicola nunc melior coeli hic, bonus in,
 "cola terra
 qui fuit et Christo consociatus orat.
 hujus quoque exit vitamque fixemque se.
 "gravis.

atherea quoque sic incola luti epid. 41.

3. Tertius Dr. Claudius Joannis Care,
alii Pastor Orthedalensis in Septem.
tri die 20. vir sincerus & vigilantissimus,
num abunde in religione, alterum in
officio praestitit. Sequitur Pastor nauti,
cui Dr. Axelius Lind, qui brevi ten-
ore in officio vixit, moritur etenim 1697.
in mayo. cecus et ut ferebatur, lepra
corruptus anno aetatis 45.

annus priori anno fertilitate simillimus.

Anno 1685.

Regnum suum Norvegicum perlustra,
tum Havniâ itinere navali iter fecit.
Christianiam serenissimus, poten-
tissimus et clementissimus Rex, Pater
patrio providissimus Christianus Trin-
tus. die 19. Junii cum excelsis comita-
tu collem Døbefield transcendit, res-
peri Opdal rectus ad pastorem dixer,
bit. sequenti die in praedio pastorali
meldalensi elementer pernoctavit. al,

"Sera die Dominica 1. post Trinit., in temp.
 lo peractis factis devotissime, Nidrosiam
 pergit, quo et media ferme nocte perve-
 nit, pro modulo civium solentiter excep-
 tus, non pro dignitate regia. Hospitio
 excipitur à Speculatore et nobilissimo
 Generali Wibe, cuius sumptu & directione
 omnia ita rite et decenter ordinata
 inveniebantur, ut non modo singula
 rem clementissimi Regis affectum et
 gratiam sibi acquisivit, sed et omnium
 incolarum laudem et applausum con-
 citavit. peractis et factis ibidem
 quae proposuit persurgenda & facienda se-
 renissima et celsissima majestas, Per-
 gas itinere terrestri per Pöke et Sa-
 vendal et sic consequenter pergit die
 46. Junii.

Sunt Regis ministri, itineris comites
 erant praecipue Excellent Broxer Nor-
 wigio Uldrich Gjedelöwe, Comes
 à Nevenhan Dithorius Cancellarius,

Supremus cubicularius Dominus von Knuth, 475.
Praetor Atracii Petrus Brand, supremus
Secretarius Moth et alii nobiles ex omni
genere hic non notati, praeterea etiam
multi alii inferiores servitio Regis Desti,
nati, adeo ut nihil ulla parte restare
videbatur, quod ad amplificandam regiam
maiestatem facere potuisset.

Accessum regium sic extollit et col,
Laudat clarissimus & doctissimus Bent
Fris Pastor Lombensis penes Caspelicum
die 19. Junii

Ave. Rex!

Exge. Gex.

En. Tuam. Aquilo. Aquilam.

Septentrio. Monarcham.

Iustitia. Pietate. Regentem.

Auriferi. Nominis.

Christiernum. Trinitum.

Gratioso. Nos. Aspectu. Beantem.

O! Salve Rex.

44. *Arctici. Sol. Sali. Et. Salus.*
Regnorum. Templorum. Amorum.
Maximus. Optimus. Fortissimus.
Arctos. Protector. Et. Hector.
Novice. Fo. Grex.
Gaude. Plaudite. Applaudite.
Choro. Foro. Thoro.
Cordibus. Manibus. Oribus.
En.
Fontes. Partes. Et. Montes.
Intonant. Personant. Resonant.
Vivat. Rex!
Vare. Grex
Vivat. Rex.

*Summa annona viliter et summa inopia
et caritate rei frumentaria hoc anno
inceptis, ut nisi ex Danica, Scotia, Fr.*

lancia fruges adrecta fuissent, quibus 45.
levata est annona, maxima pars pau-
perum fame fuissent crecati; gravitate
tanta calamitas multos plebeios adeo
approposuit, ut sedem et domicilia mutare
cogerentur, sustentationem vitæ quesita,
vi, quo, fata traherent. alii suppellecti-
lem, vestes, bestias et alia bona diven-
debant, ut vitam propriam et suorum a
mortis faucibus redimerent. et si illi-
bi fruges primo obtutu bona videban-
tur, nutriendi tamen vim amiserant
ferme omnem. O. Pater bone da meli-
ora. ne tristiores in tonemus cum
Davide Psal. 107. 5.

Humilis ora famem, aquas sicut arida
faucibus
clauserat, et prorsus liquerat omnia
vigor.

Anno 1686.

Præcipuum quod anni refert, est aliquot
pastorum Doctorum Olitici, qui enavigati
hujus mortalitatis turbulenti pelagi, ad
portum perpetua quietis pervenerunt.

T. in Februario Dn. Jacobus Augustini f.

Pastor Inasensis anno ætatis . . . vir doc-
tus, qui imitabatur Christi veritatem in
conciutiōe & loquendo, caritatem in operando,
& mansuetudinem in controversando. successu,
rem habuit Dn. affinem Nicolaum Marti,
ni, antea ejus Vicarium à Rege ordinatum.

Epitaphium beatissimo fratri posui.

Mortalitatem exutus

Hic secure quiescit

Dn. Jacobus Augustini.

Quondam fidus Inasensis

Ecclesie Pastor

Dum immortalitatem induit,

Pia vita fuit labor.

Mors beata quies.

Huc

47.

Imus omnes.

Morsus. Sorsus. abi. vale et

Vive memor lethi.

Mori discis, vita dum filo
trahis.

Si amas vivere, discis mori.

Quod fuerat terra, facit hic, mens
in thea coelo

Preddita, sub Christo gaudia vera
capit.

Latitabis ad messem mox veris tempore
surges.

sed virtute crucis vir crucifixe
tua.

7. in Aprili venerandus Dn. Petrus
Krabbe Propositus Nordmørensus et
Pastor Grensis emeritus et plusquam
nonagenarius Senex. Pastoris officium
desertur filio Dn. Laurentis dia patris
Coministro, Propositi autem Dn. Jo.
hani Thausano, Pastori TingroCensi

Dignitissimo.

3. in martio Dr. Johannes Bernhoff, Pastor
Klabenſis vir huius illaudabilis medicis
atatis, locum ſupplet Dr. Hans Staalfs,
virus, qui et repentina morte Nervofis
medio atatis flore exſtinctus est 29. mart.
1696.

4. in Augusto Dr. Melchior Meijer Pastor
Selboenſis, vir doctus et ſacetus, emacuit
in ipſo atatis flore, antequam ad iuſtano
naturalem perveniret. officium ſane,
ſum ſtudioſo Chriſtiano Bloch remitt,
ſend, poſtea magiſteri titulo condecora,
ſus in Propoſitum Fredericenſem evadit
1704.

5. Dr. Chriſtianus Auguſtini, Pastor
Neſſetenſis in Bromdal, ſubitanea et
imperata morte, placida tamen et in,
vocatione plena exſtinguitur atatis
anno. die 28. Septembris. Vir
doctus notus et mirus Philologus, pla,
cidus, a ſeculo alienus. ſacerdotio pro,

fititur Dn. Nicolaus Barelius beati 49.
Sacellaneus.

beato fratri Epitaphium populi simpliciter,
"num.

Exuvia hic jacent
unaque facent
Candor & Probitas

Venerandi et doctissimi Pastoris
Do. Christiani Augustini.

Tranatus nobis ereptus fato
Communi amicorum moerore
Anno 1686. 28. Septembris.

Vivendo consecutus
est

Ne invitus moreretur.

Iuste vivens, neminem laedens,
Suum cuique tribuens, quae
Dacuit faciens.

Dolenda jactura
sed non dolendus ipse.

Coelesti patria redditus
 Coelitem albo adscriptus.
 Dei Opt. Max. adpectu propria
 Nunc felicitate fruitor,
 Quam

Tot inter animi moerore
 Corporis langores
 Studiorum labores
 Negotiorum molem
 Spei plenus, fidei certus
 Caritate circum amictus
 Animo semper praecipit vivus,
 Vivus & ipse sibi.

Hare lectior & abi mortalita,
 tis tua est aternitatis
 Memor.

Doctrina similes mores est vita fua,
 « punct.
 Mors igitur vita est fons & origo
 nova.

Dr. Petrus Meyer Pastor Kötterhousen, 51.

his conjugium inis cum lectissima
& pudicissima virgine Botilda Gregorii,
filia Episcopi Schletteri, quo post illi,
ut discessum factum 1689. 26. Aprilis
nupit Dr. Alberto Pastore Prestaden.

fi. mater illius uxoris Margaretha et
mundo valedixit in Decembri.

magnus ille et publicus precationum
dies, qui Grotannis devoti peragitur die
quarta veneris post Pascha, auctoritate
regia constituitur & indicitur.

annum proximū omni frugum genere
fenuem, tanta tamen hac aestate ali,
unde adrebitur frumenti copia Ni.
Drosiani, ut summa allatarum fru,
gum ad 70000 tonnas afeendit,
quo fit, ut tonna filiginis 6. ortis
emitur.

proximus magister Solitia Petrus Pauli
constitutus est.

Anno 1687.

ordinatio regia consumptionis, quae cum
 "his subtilis, exceptis rusticis, censum
 imperat personarum, uxorum, puerorum;
 ferorum, stabulorum & sponsalitiarum
 divulgatur quidem sabbato 1687. 13. martii;
 sed consumptionis ordinatio edulium, potu-
 "um et aliarum rerum, sustentationis vita-
 aptarum in urbe jam introducitur.

Petrus Kaströll vulgi Kumpstrifmar ali-
 "at scripta provincia constituitur Praefectus cu-
 "ria Nidrosiensis, Praesident. De cuius obi-
 "tu vide infra 1699.

in Febr. in vivis esse desit Dr. Joanes
 Christophori Vice-Pastor Verdalenensis, ei
 succedit Dom. Thomas Schen, antea
 Commisarius in Tondel.

Die 5. Junii nobis abfuit nobilitati,
 "num et aequitimum regionis Praesens Jo-
 "athimum Find.
 nocte antecedente 25. Februar. Tonitrus

cum vehementissimo fulminis jactu
summitatem turris altissimi Templi Ca-
thedralis Nidrosiensis petiit. Vis pene,
trans, tribus contulit trabibus ad infima
descendit, ubi fracto ex parte muro eva-
nit, omen subsistente totalis ruina et
casus 1689. infra.

53.

De infelicissimo exitu Lieutenantis Fran-
cis, velis quod notatu dignum, iudico, hoc est.
gravi melancholia correptus globo sclopeti
se ipsum transiecit et sic funeste emi,
grat, clara satis familia hic ortus.

O sancte Deus, da pie vivere, recte ex-
dere et feliciter decedere. ab ignitis
fataleis telis nos fortiter defende.
enormis antecedenti vita funestam plerum-
que sortitur mortem.

Franciscus Petrarca lib. 7. Dial. 118.

Quid tibi proscriptam properas abrumperere
vitam?

Qua tamen ipsa brevi sponte sua fugiet.
aliud.

Qui tibi lethum:

infantes peperere manu, lucemque perossi
projecere animas.

De quorum fera poenitentia adjecit:

quam vellent atthere in aethere
nunc et pauperiem et duris perferre dolores.
homo inquietissimum animal, quicquid non ad nu-
tum avaritia ejus fuit ejusque libidinis, si-
stem voluntaria causam mortis opinatur, ut le-
videtur ex causis non fortuna tantum sed sibi ipse
inascitur, inque ipsum deum calcitrans impium
et lapidat, quasi quicquid id est, in quo non sibi
Dominus videtur obsequi, injuria gratis sit. tam
delicata, tam procepti est ejus luxuria. ni ani-
morum fletus et angores, haec nubes et procellos,
quae in scopulos fragilem vitam cymbam tra-
hant, et sola fluctibus oriuntur. fixa sunt
dies nostra, quas nec anticipare fas est, nec dis-
ferre possibile. praecipitaverunt tamen
haec multi, et dum parvam fugiunt et bre-
vem molestiam, in aeternam se atque irrem-
ediabiles demerserunt.

Defectus frugum hoc anno etiam continuus,
at, qui tamen Defectus advectione uberrima,
etiam frugum sublevatur.

Anno 1688.

55.

multos hic annus nobis abstulit viros
clarissimos, Doctos et pios, quorum pri-
mus et principalissimus episcopus claris-
simus, doctissimus, vigilantissimus nobilissimus
Episcopus Doctor Christophorus Schletter,
natione Hallandus, Halmstadensis. anno
1679. natus. antea celeberrimus in lyceo
Havnico rerum divinarum interpretis, sed
amplius inclarescendi ipsi, meritis et fa-
mula indycto, oblatum est magno caeli bene-
ficio et pari regis Clementiae, Campni,
ecclesiarum Nordrospensium cura dum ipsi
confectus. praestitit etiam episcopale
juramentum die 10. Augusti a^o 1678.
in eade divina virginis ingenti omnium
applausu sacra purpura humeros in-
duit, praesulique titulum assumpsit.
Vir ubique ob morum gravitatem re-
verenter exceptus, ubique ob caelestis
Oris fatundiam placide auditus, nato
se tanto muneri apertius declaravit.

56. Quod his partibus absoluitur, innocentia,
fide, candore et profunda eruditione. Decen-
nium in difficillima hac statione absoluit
coelo et solo gratui. pastores 38. sacro muneri
inauguravit. his lustravit Vardam vulgi Verbe,
huic, aliis in omnibus solliciti Episcopi mun-
dere functus est. tandem vita & honorum
satur cephalalgia duriter pressus placido
animam piam coelo reddidit superis annu-
merandam die 25. Octob. aet. 59. ann.
in choro apud capitul. solenniter deponitur 14.
Novb. Epitaphium posui.

Christo Servatori sacrum
Christophorum Schlettnerum
Caelum quondam Episcopum Nidrosiensem
Huc posuimus.

Quod unum pro tot tantisque
In rempublicam tam Christianam
Tum imprimis Nidrosiensem
Ex tantis meritis potuimus.
Illum vere pium, vere candidum,
Vere Doctum
